S. D. Memor hesterni nostri colloquij, Clariss. D. Comp., primum mitto tibi fragm. Ciceronis, inter quæ pagina 77. a. reperies illud quod aiebam de difficultate explicandi Artem, et Ciceronis iudicio quod de eo fecit in Hortensio suo. Deinde inquiri suum locum Clementis Alexandrini qui libro V. Stromatum sic habet. τὸ δικαιοῦν ἐκεῖνο εἶδος τῶν ἐκ τῶν περιπάτων, τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἐνδοξόν τε καὶ ἐπιχειρηματικὸν καὶ πιθανὸν ὂν ἀπὸ κλάσεως, διαιρεῖν δόξαν ἀπό τε εὐκλείας καὶ ἀληθείας. Fecit Peripatetici tradunt dictos λόγους, quorum alij sunt ἔνδοξοι, alij ἐπιχειρηματικοί: quod discrimen spectet ad discernendam opinionem à veritate. Imo ibidem longe ante Aristotelem ait magnum illum Parmenidem Etruscum inter hos distinxisse. ὅτι ἐλεάτης παρμενίδης ὁ μέγας δικῶν ἐπιστήσας διδασκαλίαν ἐδίδου, ὃν δέ τινος γράφων:

ἢ μὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεμὲς ἦτορ:
ἢ δὲ βροτῶν δόξας, ταῖς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής.

Et Pythagoram πρὸς τοὺς ὁμιλίας instituisse dictum κοινωνικάς, quia scholasticos suos alios ἀκουσματικοὺς, alios μαθηματικοὺς fecerit. Et nos quoque nuper cum amicis Vergil. in eandem sententiam ibi commemorat:

μὴ δὲ σύ γ' εὐδόξου δίνοιζ ἄνδρα τιμᾶς
πρὸς δυνάτων ἀνελεᾶς, ἐφ' ᾧ δ' ὁσίης πλέον ἐστίν.

Paulò ante etiam habet illa diuisione scriptas Artis quæ in κοινωνικὰ (sic vocat quod vulgò ἀκροαματικὰ) et κοινά τε καὶ ἐξωτερικά.

Particulae [adadeo] nullam in Thesauro Rob. Steph. mentionem vel auctoritatem reperio. Poterit igitur is qui usurpauit, rogari, quo auctore id fecerit. Bene vale, cum Clariss. nostro Gentili, à quo posco Psalmum, de quo heri mihi dixerat. Tui observ. & amantiss.

Conrad. Rittershus.
D.